

vel qui ad luminaria libros calices et alia ornamenta quaecunque dictae ecclesiae necessaria manus porrexerint adiutrices, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis gloriosis confisi, quadraginta dies indulgentiarum et unam karenam de iniunctis sibi poenitentiis in domino misericorditer relaxamus. Datum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto in die beatorum Petri et Pauli apostolorum nostro sub sigillo, donec diocesanus sit assensus.

Riedel cod. dipl. Brand. I. Bd. 9. S. 390 f.

No. 737. 1395. 4. Juli.

*B. Johann III. ertheilt Denen, welche bussfertig zu dem Neubau der Capelle des h. Leichnams in der Pfarrkirche zu Neustadt-Brandenburg einen Beitrag gewähren, 40 Tage Ablass.*

Johannes dei et apostolicae sedis gratia episcopus ecclesiae Misnensis, universis Christi fidelibus praesentia visuris in summa felicitate gloriam iocunditatis aeternae. Particeps aeternae mercedis efficitur, qui bonorum operum se constituit debitorem. Hinc est, quod cappella corporis Christi in ecclesia parochiali novae civitatis Brandenburgensis opere sumptuoso extitit aedificanda, ad quod tam pium opus universitatem vestram requirimus et in domino hortamur, ut pro vestro adiuvamine civitati subsidia erogetis, vnde vobis de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi saltem confessis et contritis quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis poenitentiis in domino misericorditer relaxamus, dummodo diocesani sit consensus. Datum Brandenburg anno domini M. CCC nonagesimo quinto proxima dominica post Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Orig. no. 69 im Archiv von Neustadt-Brandenburg. An einem Pergamentstreifen hängt das kleinere Siegel des Bischofs.

Riedel cod. dipl. Brand. I. Bd. 9. S. 72.

No. 738. 1395. 1. Sept.

*P. Bonifacius IX. bevollmächtigt zwei ital. Geistliche die ihm wegen der ertheilten Indulgenz (No. 729) zukommenden 1750 Schock Groschen und 190 Goldgülden vom Markgrafen Wilhelm in Empfang zu nehmen und darüber vollgültig zu quittiren.*

Bonifacius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Benedicto abbati monasterii de Percipiano Terdonensis diocesis et Bartholomeo de Turchis familiari nostro salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectum filium nobilem virum Wilhelmum marchionem Misnensem seniore per alias nostras literas moneamus, quod mille septingentas et quinquaginta sexagenas grossorum Misnensium ac centum et nonaginta novem florenos auri Renenses et Ungaricales de oblationibus factis pro indulgentia iubilai per nos in certis ecclesiis infra et extra civitatem Misnensem constitutis dudum concessa, ad manus suas perventos et ad fabricam basilicarum nobis spectantes, vobis seu alteri vestrum absque contradictione aliqua dicta de causa tradat integre et persolvat. Nos volentes indemnitatibus dicti marchionis debite providere vobis et cuilibet vestrum in solidum a dicto marchione pecunias praelibatas nostro et